Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cor & uo saluus eris. & respondit eunuchus credo in xpm filium dei. & ea hora
baptizatus est fidelis et factus & sic est & de discipulo magister effectus est.
& deinceps predicator & gentis suae apostolus effectus est. cum autem ascen
dissent de aqua spiritus domini rapuit philippum & amplius non uidit
eum eunuchus. Sunt quidem qui hoc angelum in spiritu sancto fecisse
testantur ut hieronimus predit nam & similiter factum legitur
de ambacuc portanti prandium daniele. philippus autem in
uentus est in azoto. Azotus oppidum est insigne palestine quod
ebraice uocatur sedot & est una de quinque olim ciuitatibus allophi
lorum. interpretatur enim azotus ignis generationis seu ignis patru
elis. & per transiens euangelizauit ciuitatibus cunctis donec
uenit in cesaream. Cesarea palestine dicitur ubi in fra domum
habuisse describitur philippus quae usque hodie demonstratur.
nec non & cubiculum quattuor filiarum eius uirginum p phe
tantium. cesareae ciuitatis duae sunt intra repmissionis. una ce
sarea palestine in litore maris magni. atque quondam pyrgos. id est
turris stratonis dictae sed a herode rege iudaeae nobilius & pulchri
ius & contra uim maris multo utilius & extructa in honorem cesa
ris augusti cesarea cognominatae. qui & iam templum in eam marmore
albo construxit. in qua nepos eius herodes a bangelo percussus. cornelius
centurio baptizatus & agabus prophetae zona pauli ligatus est. Altera
uero cesarea philippi cuius euangelium meminit et the tarcha ad
radices montis libani facta & in honore cesaris cognominata est. Sed
& tertia cesarea chapadociae metropolis est. cuius lucas tamen memi
nit. descendens cesaream & salutauit ecclesiam. Sed quia in hoc loco de
ciuitatibus mentio facta necessarium duximus ut de pluribus istius
libri ciuitatibus locis puncti sue mentionem in hoc loco faciamus.
Achel demahc est in helia ad australe plagam montis sion que altenus
iuxta iudeorum consilium mortuos ignobiles alios terre tegit alios sub
diuo putre facit. Asia regio quae minor cognominatur undique cir
cumdata est mari cuius puncti sunt phrigia. pamphilia. cilicia.
cypria. galatia. & aliae multae. Arabia regio inter sinum maris rubri
quipsi eus & eum quarabicus uocatur habet gentes multas moabitas. amonitas.
idumeos. saracenos alias quam plures hanc sacra interpretari dicitur eo
quod odores creat odori ferat. Antiochia ciuitas est siriae in qua barna
bas & paulus apostolus sunt ordinati. et alia in asia in qua id est predican
tes iudeis dixerunt. uobis oportebat primum loqui uerbum dei sed quo
re pulistis illud. ecce conuertimur ad gentes. Alexandria ciuitas est

ager sanguinis.

eleuata et tam auferens sue pigens.

hum his occidentalis sit uesca pietis

pauperius silentium